Et quamvis in Camera Imperiali ex Imperii lege non recipiantur appellationes cauſarum criminalium, Cammergerichts Ordnung/ part. 2. Tit. 28. §. Item nach dem auch/ & Receſſ. Imperii Anno 1530. Auguſtæ Vindelicorum habitus, §. Item als jetz etliche zeit her/ Mynſinger. Reſponſ. 7. num. 13. & Reſp. 59. num. 61. & ſeq. Decad. 6. & cent. 6. obſerv. 41: Ut nec aliis quibuſdam in judiciis, vel ob ſpecialem legem, Fürſtl. Württemb. Landtrecht, part. 1. pag. 138. §. Das von erkandten / vel propter conſuetudinem receptam, Weſenbec. in paratit. ff. de appellat. recip. verſ. Quod conſuetudo: id tamen ad alia judicia generaliter porrigi non debet; cum ſtatutum, & conſuetudo localis, ſtricti juris ſint, & niſi probentur, attendi non debeant, c. 1. & c. fi. Ubi Canoniſtæ ext. de conſuetud. Id quod de jure non recipiendi appellationem in cauſa criminali, nominatim ſentit Erneſtus Cothman. Reſp. 14. num. 6. & ſeqq. 32